# REPETITIO LEGIS IMPERIALEM.

DE PROHIB. FEVD. ALIEN. PER FEDE.

PER BARTHOLOMAEVM

CAMERARIVM BENEVENTANVM.




BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

ROMAE

APVD HIPP. SALVIANVM.

M. D. LXIIII

# AD SANCTISSIMVM PAVLVM QVARTVM, PONT. MAX.

CVM eo tempore quo Vrbs armis obsidebatur me consilijs Sanctitatis tuæ adsciuisses,
generalemq́ exercitus Commissarium (vt vulgò dicunt) atque Annonæ Præfectum
creasses, quanta deinde in peragendis negotijs ego potius à rara eximiaq́ prudentia & do-
ctrina tua didicerim, quàm consulendo præstiterim, optimè omnium tua novit Beatitudo.
Quantum porrò commodi exercitus tuus ipsa viuendi ratione sub hoc imperio mihi deman
dato consequutus fuerit, non sanguinis effusione, non manuum truncatione, non deporta-
tione vel perpetuo exilio, sed modò minis quas exequi plerumq́ non intendebam, modò ve
rò quosdam vilissimos homines torquendo, qui improbitate quadam, & minimè ferenda contumacia, edicta nostra
reipublicæ causa proposita negligebant, velut lanios, pistores, molitores, mulionesq́; & id genus alios, omnibus no
tum est. Hac enim seueritate illis perterrefactis, artifices ipsos quorum opera egebam ex inordinatissimis qui esse so
lebant, & furtis vndiq́ operam impune nauabant, ad necessarium ordinem reduxi. Itaq́ factum est, vt csmilis
verberatis, leones quoq́ adeo timere cœperint, vt nemo me contemnendo te Sanctissime Pater contemnere ausus fue
rit; sciens verbera tua nullo modo quempiam effugiturum eorum, qui sanctissimis mandatis tuis obedire negligerent;
verbera inquam vti verbis plerumq́ magnos viros sic verberare soles, vt vulneribus penes eos qui te diligūt isthæc
inferiora non sint. Quid verò Annonæ Præfectura addiderit, ipsa annonæ abūdantia, & pretij vilitas, militumq́
voces vndiq́ proclamant. Quid deniq́ hoc quoq́ anno quo eidem muneri me præesse voluisti: summis vigilijs &
sudoribus in tanta caritate, tanquam instrumentum & organum Sanctitatis tuæ præstiterim, eam ob causam particu
latim enarrare non desinam, vt tua facta potius quàm mea omnes intelligant, dum ea summa cum fide et solertia exe
quebar quæ mihi à Sanctitate tua in horas mandabantur. Iussisti domine vti quūquam in omnibus Italiæ Vrbibus,
ac regionibus, altero tanto triticum pluris esset, in quibusdam verò prouincijs ter tanto carius, quàm in hac Vrbe, ego
tamen curarem ne hic pluris quinis aureis nummis tritici mensura, quæ Rubius vulgò dicitur, venderetur: satius esse
existimans, centum aureorum milia in tantis angustijs erogare, modò populus pane ventrē expleret, quàm pecuniam
in proprijs mundi huius vsibus consumere, firma fide credens hac ratione in ventre pauperum pecunijs his reconditis,
te in thesauris repositurum esse cœlestibus. Num solus loquor? ipsi pauperes in plateis isthæc prædicant, lachrymæ
item quas pro salute tua coram domino effundunt optimam fidem rei huiusce faciunt, quorūdam item præterea luporum
rabies, qui eosdem pauperes vorare cupientes eo deuenerunt, vt nō erubuerint preces Sanctitati tuæ offerre, vt cariori
pretio frumenta venderentur. Quorsum ista? num vt aliquid laudis ex hac re mihi vendicarem? minimè sanè. Sat
enim ipse habeo, si tibi qui Christi vicem in terris geris satisfeci. Quid igitur? quippe vt pro præmio laborum horum
qui hunc felicissimum finem præter omnium expectationem habuerunt, hanc remunerationem in primis consequar, ne
quid temporis huic meæ curationi annonæ prorogetur. Hoc agricolæ pro scopo habent, ipsaq́ annonæ vbertas liberta
tem hanc exposcit; deinde vt hoc tempore quo Sanctitas tua corruptos, deprauatosq́ mores, iustitiam item non rite
administratam, & studia ad pristinam dignitatem reuocare, ipsasq́ res ecclesiæ indebitè alienatas, vti iuris est eis-
dem ecclesijs restituendas fore insudat, vigilias has in medio laborum horum Romæ Typis traditas quas tuæ Sancti-
tati dedico, tanquam Symbolum seruitutis meæ, qua soles benignitate accipere digneris; poterunt quidem ni fallor alie-
nationes ipsas vel comprobando, vel improbando in multis prodesse: poterunt quoq́ ad ornatum huius studij accedere,
in quo hactenus feudorum lectio atq́ cognitio nulla aut certè exilis erat. Habeo autem in animo si satis otij benignita
te tua nactus fuero, septem alios de feudis libros iamdiu à me compositos, ad hos qui nunc tuo nomine exeunt addere.

Vale fœlicissimè Pater Sanctissime. Romæ pridie Calendas Iunij. 1558.

# REPETITIO LEGIS IMPERIALEM.

## DE PROHIB. FEVD. ALIEN. PER FEDE.

## PER BARTHOLOMAEVM CAMERARIVM BENEVENTANVM.

A CVM MEVM ET
tuum adinuentum esset,
& gentes prouincijs iam
distinctis, reges sibi con- (¶ Origo feudorum)
stituissent, ea lege regna
ipsis regibus dederunt,
vt propria ipsorum re-
gum patrimonia essent, sicuti Luc. de Pen. in l.
ij col. ij. C. de fun. patri. lib. xj. testatur. Hoc tamē
pacto à populo iam dictis Regibus data, vt re-
B gna ipsa sic indiuidua seruarentur, vt nec ipso-
rum partem aliquam distrahere possent, quem-
admodum. in. c. licet extra de voto. Doctores
narrant. Quo deinde factum est, vt ipsi reges,
& pollicitam fidem seruarent, & regna rectè cu
stodirent, barones, idest graues homines adin-
uenire coacti fuerint, vt Luc. de pen. in l. fi. C. de
man. & col. lib. xj. scribit. à verbo Greco, bare, La
tinè grauis, quibus merum mistumqꝫ imperium
dabant: vt Bal. in. c. innotuit. de elec. dixit, Baro-
C nes inquam, idest fortes homines excubijs prin-
cipum etiā hodie præponi solitos, grandi corpo-
re ad militandum apto, & si ingenio plerūqꝫ sto-
lidi sint. quasi Verones hoc est sectatores domi-
num sequentes esse deberent, vt Cæsar. 4. com
mentariorum Belli ciuilis inquit. quibus hoc
quoqꝫ factum est, vt deinde capitaneos lex feu-
dalis Bal. teste in. c. j. in verbo marchio. col. ij. in
fin. de his qui feu. da. pos. eos vocauerit, quem-
admodum satis apertè in. c. fundamēta. §. proin-
D de de electio. in. vj. patet. Adinuentis itaqꝫ baro-
nibus cum Reges regni partem (vt pacta serua-
rent) dare ipsis nequirent, ne ingratitudinis vi-
tio notarentur, neve eos, milites in futurum de-
ferent, hanc mediam adinuenerūt viam, nem-
pe vt retento directo dominio penes reges, re-
rum particularium ipsius regni quæ donabant,
vtile dominium donec regibus placeret, vt in E
c. j. de his qui feu. da. pos. in hos barones à quibus
magna fidelitas sperabatur, transfereretur. Vn- (¶ Feuda vnde)
de & hoc aliud emersit, vt res sic donatæ, feuda
nuncupata fuerint c. j. §. fin in quib. ca. feu. amitt.
quasi à fide dicta, seu à fidelitate, vt in. c. j §. fina.
per quos fia. inue. vel à faida nomine longobar-
do, idest inimicitia, vt dicit glo. in. c. j. in verbo
legibus de his qui feu. da. pos. seu à fœdere, quasi
pro tuenda, & defendenda inimicitia publica.
vel à fieri secundum Henricum in sua summa, F
quem citat Ant. de prato veteri in. c. j. de his qui
feu. dar. poss. Dic tamen vt vis, modo intelligas,
nomen hoc ipsius fidelitatis obligationem osten
dere. Hanc enim ob rem Claud. in prælud. feu.
col vj. & vij. in quest. quid sit feudum, dixit, fi-
delitatem basim fundamētum, & propriam sub-
stantiam ipsius feudi esse. Andr. de Iser. in. c. por-
rò. quæ fuit pri. ca. col. iiij. & vij. subscribens, qui
in c. j. § huius autem generis in quibus cau. feu.
amitt. col. ij. in hæc verba prorupit, de essentia G
feudi non est seruitium quod præstatur à uasal-
lo domino suo, sed est ipsa fidelitas; Quod ita in-
telligendum est, ut seruitium absqꝫ fidelitate sub
aliqua seruiture separata, exempli gratia porta-
re literas, de substantia feudi haudquaquam sit;
verùm si ipsius vasalli seruitium considerabitur
prout inest fidelitati, vt in. c. j. de form. fidel. & in
c. j. de no. for. fidel. Tale seruitium substantia ip-
sius feudi dicatur. c. j. hic fini. lex. Hoc enim Lud.
Roma. in consil. cclxviij. col. v. in prin. ostende- H
re voluit, dum dixit quòd tenetur ad fidelitatem,
& consequenter ad seruitium, non tamen istum
tex. citat. Ad quæ animaduertentes Iser. in. c. j. §.
valuasores. de his qui feud. dar. poss in prælud.
q. iiij. & vbiqꝫ. Iacob. item de ardiz. in sua summa
col. ij. & Luc. de pen. in. d. l. ij. C. de fun. pat. lib. xj.